Joseph de Arimathia de quo legitur
in passione domini cui assimilatur forti-
tudo quia audacter postpositis omni
timore accessit ad Pylatum rogans
corpus Christi de cruce deponere et se-
pelire // Item Joseph iustus de quo
legitur Actuum primo et posuerunt
duos scilicet Mathiam et Joseph qui
cognominabatur iustus cui assimilatur
iustitia et illa ora fuisse dicta virgo
Maria designatur que desponsata
erat Joseph qui sicut sunt quatuor
maiores cardinales virtutes scilicet pruden-
cia fortitudine temperantia et
iustitia Sic et Maria castissima ple-
nius fuit quibus ipsi scilicet Maria
et Joseph decuit ad invicem ordi-
nabatur // Sequitur de domo David
ubi tangitur regalis dignitas quia rega-
lis nobilitas et ostendit Christum
de regali progenie descendisse etc.
Sequitur Ingressus angelus ad eam etc.
denotatur visio angeli et profunda
devotio virginis et hortatur singulos
quia angelus qui semper est continuus
in contemplatione divina invenit virginem
Mariam continua speculatione sui
creatoris et ardenti desiderio
suave salvatoris ut dicunt doc-
tores. Quia angelus venit ad eam
virgo legit prophetiam Ysaie dicentis
Ecce virgo concipiet et pariet
filium etc. Et ipsa fuit spiritu sancto
qui eam illuminat intelligere comple-
teretur per profundum intellectum omnibus
completis diu suaviter devotione
plena [illegible] elevata
supra se et rapta quasi ad celum
celum [illegible] perfecta pre cla-
ra contemplatione [illegible] divinus
amor et desiderium suave salva-
tionis quasi [illegible] orabat
deum ut compleret citius promissum

mittendo filium suum unigenitum
nasciturum de virgine plena nimio
amore salvatoris suavi [illegible]
puncta cogitat nunc se devo-
tissime de illa virgine tam prelec-
te et perfecta de qua deus vellet
filium suum et redimere genus humanum
talia dicit sic intendo O deus
que est ista tam de preclara
omnibus virtutibus [illegible] tanta
dignitate munita quam mater dei
vocatur de cui [illegible] honore
[illegible] ut mater dei ab omnibus
colitur. O si deus vellet ut me
[illegible] et perduceres ac ancil-
la [illegible] efficerer. O
deus meus putas ne vide-
am illa oculis meis corporalibus
quam videatur [illegible] oculis men-
talibus et filia etc. Et in illo
puncto quo sic occupata erat
profundo desiderio et devoti-
one suave salvatoris ingres-
sus est angelus ad eam quia
oratio eius pro liberatione humani
generis exaudita erat sicut
oratio Danielis pro liberatione filiorum
Israel de captivitate Babilonie
Ingressus angelus ad Mariam
scilicet cum excellenti claritate lumi-
nis sibi cum nitore appa-
ruit et etiam alii angeli sed
nunquam tanta claritate celestis
splendoris quia primus erat
nuntius ad virginem qui est splendor
et candor lucis eterne et speculum
sine macula ad illuminandum
splendore celesti genus
quam [illegible] tenebras
peccatorum ingressus est ad eam
tamquam nuntius sponsi celi
ad sponsam nuntians ei bonum pa-
cis de reconciliatione humane